



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCCXX. Vertrag des Bischofs Heinrich von Camin mit den Markgrafen Otto,
Konrad, Johann und Waldemar, denen er Hülfe und Beistand gegen alle
ihre Feinde gelobt, ausgenommen den Markgrafen Hermann und ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCCXIX. Paps Bonifaz VIII. legitimirt die Ehe des Markgrafen Heinrich von Brandenburg und seiner Gemahlin Agnes zur Verhütung der Gefahren, welche aus einer Scheidung hervorgehen mögten, am 19. Mai 1303.

Bonifacius etc. Dilecto filio nobili uiro henrico, Marchioni Brandenburgensi, et dilecte in cristo filie nobili mulieri Agneti, nate quondam Ludouici, Ducis Bawarie, uxori eius. Intenta salutis operibus apostolice Sedis circumspecta benignital indulta sibi desuper plenitudine potestatis utitur, sicut in Deo expedire conspicit, secundum diuersitatem negotiorum concurrentium et exigentiam personarum. Sane lecta coram nobil uestra petitiō continebat, quod uos olim matrimonium per uerba de presenti de facto ad inuicem contraxistis, et carnali postmodum copula subsecuta, prolem ex eodem matrimonio suscepistis. Quia uero quarto consanguinitatis gradu uos contingitis, procurari uobis de oportuno dispensationis beneficio in hac parte humiliter implorastis, maxime cum ex diuortio, si quod absit inter uos fieret, graue posset in illis partibus (periculum) exoriri. Nos itaque carissimi in cristo filij nostri alberti, Regis Romanorum illustris, ac uestris supplicationibus inclinati, uobiscum, ut impedimento huiusmodi, quarto gradu consanguinitatis, nequaquam obstante, in matrimonio ipso licite ac libere remanere possitis, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus, prolem susceptam et suscipiendam a uobis ex huiusmodi matrimonio legitimam nuntiantes. Nulli ergo etc. Datum anagnie XIII. Kalendas Junij, anno Nono.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Ges. Archive Epist. Bonif. Nr. 230. p. 380. Anni IX.

CCCXX. Vertrag des Bischofs Heinrich von Camin mit den Markgrafen Otto, Konrad, Johann und Waldemar, denen er Hilfe und Beistand gegen alle ihre Feinde gelobt, ausgenommen den Markgrafen Hermann und die Pommerschen Herzoge, vom 18. September 1303.

Nos Henricus, Dei gratia Caminensis ecclesie Episcopus, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod inter Illustres Principes Dominos Ottonem, Conradum, Johannem et Waldemarum, de Brandeborch et Landelberch Marchiones, ex una, et nos parte ex altera, est de maturo consilio nostrorum prelatorum nec non fidelium nostrorum placitatum, quod apud ipsos debemus perpetuo manere et ipsorum terram defendere, prout nostram, eisque assistere efficaciter auxilio, consilio et fauore cum omni posse, ubicumque eisdem fuerit oportunum contra quoslibet aduersarios eorundem, exceptis dumtaxat illustri principe Domino Hermanno Marchione Brandenburgensi, et nobilibus Ducibus, Dominis Bugizlao et Ottone Sclauorum et Cassubie, contra quos nichil attemptabimus, quod noscitur inimicum. Preterea si aliqua discentionis materia inter dictorum Dominorum Marchionum et nostros uasallos fuerit exorta, si concordia non possit vel amicitia terminari, extunc nostri uasalli coram nobis stabunt iuri uasallis dictorum Dominorum Marchionum de ipsis uolentibus querulari, et nemo se constituet iudicem sui

ipſius. Si uero ſecus factum fuerit, nullis uafallorum noſtrorum in hac cauſa preſtabimus auxilium uel inuamen. Teſtes huius rei ſunt Hillebrandus prepoſitus Caminenſis, Johannes prepoſitus Colbergenſis, Canonici Caminenſes; Nobilis uir Dominus Hermannus Comes de Euerſten, Johannes Romelo, Tzwles de Wedele, Hennin- guſ de Blankenborch, Henricus et Johannes de Stegeliz, Wedego et Haſſo de Wedele milites et alii quam plures fide digni. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et Datum Dubbegnek, anno domini M. CCC. tercio, feria quarta ante feſtum B. Matthei apoſtoli et euangelifte.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives 420, 6. In Gercken's Cod. III., 85. mit der Angabe von Belbug als Ort der Ausſtellung, während im Originale deutlich Dubbegnek ſteht.

CCCXXI. Hermann, Markgraf von Brandenburg, bewidmet die Stadt Görlitz mit Magdeburgiſchem Rechte, und ordnet die Gerichtsverfaſſung derſelben, am 28. November 1303.

Nos Hermannus, Dei gracia Brandenburgienſis et Luſacie Marchio, Dominus de Henninberg, recognoſcimus tenore preſencium publice proſitando, Quod ad utilitatem et profectum majorem Ciuitatis noſtre Gorliz generalem fidelibus noſtris Ciuibus et ciuitati ibidem, de noſtre uoluntatis beneplacito Jura Magdeburgienſia concedimus et donamus habenda, tenenda, Queſtionibus, contractibus, cauſis, in omnem modum, prout noſtris Ciuibus et Ciuitati melius et comodius uidebitur expedire. Tamen quendam Judicarium uel iudicii caſum, qui Voiting uel echteding nominatur, ibidem habere nolumus. Ymo uolumus et precipiendo ſtatuumus, ut ſingulis horis et temporibus iudicii opportunis ciuitatis noſtre in Bancis cum advocato noſtro Judex hereditarius noſter, qui fuerit, in perſona propria ad eſſe debeat et iudicio preſidere, et ibidem in loco iudicii et non alibi, ſicut alii ciues noſtri in Bancis, preſentibus Scabinis ciuitatis, coram noſtro Advocato, ſuper accionibus, querelis, cauſis contra dictum iudicem motis uel mouendis unicuique finaliter reſpondere, et noſtrum Advocatum de fructibus iudicii uel cauſarum judicialium duas partes percipere et colligere, Hereditarium iudicem noſtrum tertiam uero partem, exceptis duntaxat homicidiis, Rapinis, incendiis, furtis, claudicacionibus et aliis quibuscunq; cauſis majoribus, in noſtro territorio uel territoriis Gorliz commiſſis, Quas uero cauſas in quatuor Bancis Ciuitatis preſentibus Scabinis, ciuibus noſtris et non alibi, noſtrum Advocatum uolumus iudicare et huiusmodi cauſarum fructus noſtre Camere totaliter reſeruare. Precipimus igitur uniuerſis noſtris et ſingulis Advocatis, qui fuerint, omnino uolentes, gracie noſtre ſub obtentu, quatenus ipſos Ciues noſtros et Ciuitatem in dictis ſuis Juribus et ſuis conſuetudinibus antiquitus obſervatis quibuscunq; perpetuis in antea temporibus debeant protegere, manutere et feliciter conſeruare. Si uero, quod abſit, aliquis hominum, cuiuscunq; conditionis fuerit, contra mandatum noſtrum dictos noſtros Ciues et ciuitatem in premiſſis et aliis ſuis iuribus moleſtare et impedire preſumpſerit uel attemptauerit, contra talem ciues noſtri, auctoritate noſtra juris forma poſſint et debeant procedere ipſum corrigendo, quod de cetero noſtrum mandatum violare et eos impedire